



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum in celebratione huius mysterij Christus immoletur? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

*Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur?* 504

**A**d primum sic proceditur. Viderur, quod in celebrazione huius sacramenti, Christus non immoletur. Dicitur enim Heb. 10. qd; Christus una oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Sed illa oblatio fuit eius immolatio. Christus ergo non immoletur in celebrazione huius sacramenti.

**¶ 2** Præterea, Immolatio Christi facta est in cruce, in qua tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis: ut dicitur Ephes. 5. Sed in celebrazione huius mysterij Christus non crucifigitur. Ergo nec immolatur.

**¶ 3** Præterea, sicut \* August. dicit in 4. lib. de Trin. in immolatione Christi idem est sacerdos & hostia. Sed in celebrazione huius sacramenti non est idem sacerdos & hostia. Ergo celebratio huius sacramenti non est Christi immolatio.

SED contra est, quod † Aug. dicit in lib. sent. Prospcri, Semel immolatus est in semetipso Christus: & tamen quotidie immolatur in sacramento.

R E S P O N D E O dicendum, quod dupli ratione celebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi. Primo quidem: quia sicut dicit \* August. ad Simplicium, solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut cum inuententes tabulam aut parietem piedum, dieimus, ille Cicero est, & ille Sallustius. Celebratio autem huius sacramenti (sicut supra dictum est †) imago quædam est representativa passionis Christi, quæ est vera eius immolatio. Et ideo celebratio huius sacramenti dicitur Christi immolatio. Vnde Ambr. \* dicit super Epistolam ad Hebr. In Christo semel oblata est hostia, ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos nonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. Alio modo quantum ad effectum passionis Christi: quia scilicet per hoc sacramentum participes efficimur fructus Dominicæ.

E e 3 pas. 8 pr. 19. §.

*Hæc de  
consecrati  
2. c. semel  
immola-  
tus.  
in li. 97.  
ad Sipli-  
cium, 9. 3  
parvus an-  
te me. 1. 4  
† 9. 79. 2.  
1. C. 3. es  
73. ar. 6.  
\* in c. 10  
ad Hebr.  
non pcul  
8 pr. 19. §.*

438 QVÆST. LXXXIII. ART. I.

passionis. Vnde in quadam Dominicali oratione secreta dicitur, Quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Quantum igitur ad primum modum, poterat dici Christus immolari etiam in figuris veteris Testamenti. Vnde & Apoca. decimotetrio dicitur, Quorum nomina non sunt scripta in libro vite agni, qui occisus est ab origine mundi. Sed quantum ad secundum modum, proprium est huic sacramento, quod in eius celebratione Christus immoletur.

Ibid.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Ambr.\* ibidem dicit, Vna est hostia (quam scilicet Christus obtulit, & nos offerimus), & non multæ: quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius. Sicut enim quod ubique offertur, vnum est corpus & non multa corpora: ita & vnum sacrificium.

Ad secundum dicendum, quod sicut celebratio huius sacramenti est imago representativa passionis Christi, ita altare est representativum crucis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est.

Ad tertium dicendum, quod per eamdem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi, in cuius persona & virtute verba pronunciat ad consecrandum: ut ex supradictis patet\*. Et ita quodammodo idem est sacerdos & hostia.

A R T I C. I I.

Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis?

505  
4. di. 13.  
q. 1. ar. 2.  
q. 4.  
ar. prec.  
\* in pref.  
2. Psal. 21  
sir. prim.  
30. 8.

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod in conuenienter sit determinatum tempus celebrationis huius mystici. Hoc enim sacramentum est representativum Dominicæ passionis, ut dictum est. Sed commemoratione Dominicæ passionis fit in Ecclesia semel in anno. Dicit enim Aug. \* super Psal. 21. Quotiescumque Pascha celebratur, numquid toties Christus occiditur? sed tamen anniversaria re-

COR-